ORIGENES. MARCUS FRATER
Admont, 2. Hälfte 12. Jh. Seite 110r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26142
Copyright: Admont, Benediktinerstift



aries aut uitulus. aut hyrcus. ob
latus esse sacrificium ob purificationem
populi impetrandam accipi potest.
Aut non uidetur ut aries aut hyrcus
holocaustum se optulisse paulus pro
populo israel cum dicebat. optabam ego
ipse anathema esse a xpo pro fratribus
meis qui sunt cognati mei secundum carnem.
Uis autem scire quia se hostiam paulus
optulit iugulandum. Audi eum
et in aliis locis dicentem. Lam et deliboe
et tempus resolutionis uel ut in grecis
codicibus legimus reuersionis mee in
stat. Sic et figuraliter potest uideri
quod alius pro festiuitate tabernaculorum.
alius pro festiuitate nouorum quasi hyrcus
aut uitulus aut aries offe
ratur ad reconciliandum hominibus deum.
Donec et sunt peccata. necesse est requiri
et hostiam pro peccatis. Nam pone uerbi
gratia non fuisse peccatum. Si non fuisset
peccatum. non necesse fuerat filium
dei agnum fieri. nec opus fuerat eum
in carne positum iugulari. sed man
sisset hoc quod in principio erat uerbum
dei. Uerum quomodo introiuit peccatum
in hunc mundum. peccati autem neces
sitas propiciationem requirit. et propicia
tio non fit nisi per hostiam. necesse fuit
prouideri hostias pro peccato. Et quoniam
peccati ipsius diuerse et uarie qua
litates fuere. diuersorum animalium
mandantur hostie. proculdubio quae con
uenirent uarietatibus peccatorum.
Sic ergo efficitur alius quidem sanctorum siue an
gelorum ut diximus siue hominum
uitulus. qui in illa festiuitate inter
ueniat pro populi delictis. alius aries
in illa festiuitate. quorum intercessi
one fiat purificatio pro peccatis.
Quod si purificari homines potue
rint a peccatis et esse puriores. mi
nuuntur et hostie. Si autem pro peccatis
sunt hostie et pro multitudine pecca
torum multiplicate sunt. sine dubio
et pro anxietate minuuntur. Huius
autem rei in presentibus locis scripture
legimus indicia. idem in ultima
festiuitate scenopheye cum per octo
dies hostie iubentur offerri. Secunda
autem die imminutis utpote pec
catis minuuntur et hostie. et tre
decim uituli offeruntur. Tercia
autem die. xii. et post hec undecim. et
ita quasi purificationibus deficien
te per dies multitudine peccatorum